Fragmentarium

conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam
annuntiabo: et cogitabo pro
peccato meo.
Inimici mei autem vivunt
et confirmati sunt super me:
multiplicati sunt
qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bo
nis. detrahebant mihi: quo
niam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine
deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum
domine deus salutis mee.
Gloria patri et filio et c.
Miserere mei deus secundum
magnam misericor
diam tuam.

solitudinis: factus sum sicut
nycticorax in domicilio.
Vigilavi et factus sum sicut
passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi
inimici mei: et qui lauda
bant me adversum me iura
bant. Quia cinerem tamquam
panem manducabam: et potum
meum cum fletu mi
scebam.
A facie ire indignationis tue:
quia elevans allisisti me.
Dies mei sicut umbra decli
naverunt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum
permanes: et me
moriale tuum in generatione
et generationem.

License: cc-by – Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Raccolta Breventani, scansia H1, cart. I, 9, c.1v-c.2r – Breviarium (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-40zx/2382/58026)